

Band I., Nr. NE, Seite 411

Gebhard, ein Bruder der Kirche in Konstanz, übergibt derselben sein ererbtes Eigentum an genannten Orten unter ausgedrückten Bedingungen.

Konstanz, 970. März 12.

Noverint omnes tam praesentes quam futuri, quod ego Kebehart, sanctae Constantiensis ecclesia frater indignus, cogitans pro remedio animae meae, nec non evangelica et apostolica secutus exempla, cum consensu fratrum meorum, et manu advocati mei Ödalrici, iuris mei proprietatem, quam parentum successione in locis Hoberendorf, Hakelinbach, Pilolfhinga, Liuterestoref, cum omnibus appendiciis ad eadem loca pertinentibus, aedificiis, mancipiis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, et cunctis ad eadem loca pertinentibus dinoscor habere, trado ad sanctum praedictae Constantiensis ecclesiae cœnobium, fratribus deo ibidem assidue famulantibus, cui vir summae religionis ac doctrinae Chuonradus episcopus regimine spiritali praefectus esse videtur: ea tamen conditione, ut ego, eandem ad me recipiens proprietatem, vel alius ejusdem fraternitatis, quemcumque voluero, censum inde persolvat, id est, singulis quibusque abhinc in posterum annis festivitate sancti patris nostri ac venerabilis papae Gregorii praedictis fratribus, sicut canonica monstrabit regula, serviatur. Actum Constantiae, quarta idus Martii, praesente et confavente praedicto advocato meo Ödelrico, nec non et aliis testibus, quorum subscripta sunt nomina: Eberhart. Liutfred. Hildibolt. Chuzzo. Cozpret. Adilbret. Mereboto. Liupret. Sigipert. Hadepert. Dietger. Wern. Adilgoz.

Der Textabdruck folgt der Abschrift, die sich in der Karlsruher Handschrift des Chronicon Petershusanum unter der Aufschrift *Privilegium de Obirndorf* von der Urkunde erhalten hat.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

Chronicon Petershusanum

Editionen:

Chronicon Hermanni Contracti ex inedito hucusque codice Augiensi, unacum eius vita et continuatione a Bertholdo eius discipulo scripta, Praemittuntur varia anecdota, subiicitur Chronicon Petershusanum ineditum, ex ms. codd. coll. notis et observationibus , Bd. 1, S. 302, § 9. TRUDBERT NEUGART (HRSG.) : Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis, 2 Bde., Ulm 1791-95, Bd. 1, S. 615, Nr. 760. FRANZ JOSEPH MONE (HRSG.): Quellensammlung der badischen Landesgeschichte, 4 Bde., Karlsruhe 1848-1867. , Bd. 1, S. 120, Sp. 2, § 8. Chronik Kloster Petershausen, Buch 1, S. 46–49, Nr. 8 (lateinisch und deutsch).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Ortsindex:

Billafingen Wohnplatz (18172)

Billafingen, Owingen, FN

Heggelbach Wohnplatz (21461)

Heggelbach, Herdwangen-Schönach, SIG

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Liggersdorf Wohnplatz (14743)

Liggersdorf, Hohenfels, KN

III

Oberndorf Wohnplatz (21471)

Oberndorf, Herdwangen-Schönach, SIG